UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Hugo Epis. S. VValericus Ab. S. Theodora. 1. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Hugo Gratianopolitanus in Gallia Epiſ. vixerat animi demiſſi adeò, ut ſeruis non imperaret, ſed vt hæc illauè miniſteria Dei gratia aut amore præſtarent, oraret. Is eſt qui B. Brunonem cum ſocijs inſtar ſtellarum nouarum ad ſe venientes agnouit & ad fundandum ordinem Carthuſianum pijſſime adiuvit, circa A. 1132. obijt, uti vixerat ſanctiſſime.

2. S. VValeticus Abbas, ab Ouium paſtu ad Religionem transgreſſus, in ea hortulanum egit, cuius ſanctimoniæ datum eſt ne vermis ſibi cõmiſſa arrodere præſumeret. Audaciores vermibus fuere ſacerdos & Iudex loci; qui coram ſancto turpia loquentes moniti non deſtitere ab arroſione virtutis. Sed vindicem celeri morte breui ſenſere manum.

3. S Theodora M. Romana, ſoror S. Hermetis M. ſub Hadriano Imp. paſſa fuit fortibus aggregata.

S. Hugo Epiſ. S. VValericus Ab.
S. Theodora. 1. April.

Modeſtia.

Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi mentis fatentur arcana. Hier.

Deus fidelium remunerator animarum præſta ut B. Hugonis conf. tui (*B.* VValerici Abb. *B.* Theodoræ M. tuæ) cuius venerandam celebramus feſtivitatem precibus indulgentiam conſequamur, Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Paſtoribus animarum, &c.